

*Nulla creatura poterit nos separare a caritate Dei,
quæ est in Christo.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli
ad Romános

8, 35. 37-39

Fratres:

³⁵ **Q**uis nos separábit a caritáte Christi?
Tribulátio an angústia an persecútio
an fames an núditas an perículum an gládus?

[36]

³⁷ Sed in his ómnibus supervíncimus
per eum, qui diléxit nos.

³⁸ Certus sum enim quia neque mors neque vita
neque ángeli neque principátus
neque instántia neque futúra neque virtútes

³⁹ neque altitúdo neque profúndum
neque ália quáelibet creatúra
póterit nos separáre a caritáte Dei,
quæ est in Christo Iesu Dómino nostro.

Verbum Dómini.